

Rom. 1, 22. Galat. 4, 8. Eph. 4, 12. Act. 17,  
22. 1. Cor. 12, 2.

Nec finis cognitionis istius est salus æterna:  
sed ut homo reddatur αἰαπολόγητος. Ro-  
man. 1, 20.

*Scriptura autem Liber salutariter Deum nobis  
præbet cognoscendum.*

Hæc enim ὑποφυσικὴ cognitio necesse est ut  
ad φυσικὴν accedat: id est, Mediatoris  
cognitio, eaq; cum filiali fiducia con-  
iuncta.

*Salutaris enim cognitio Dei est, quæ is & ut  
creator & ut redemptor cognitus, re-  
ctè à nobis colitur. Joh. 17, 3.*

*Δ Fundamentum hoc Christianismi nobis retinen-  
dum, Deum esse.*

Eo enim sublato, omnis religio extincta  
est: sicut docet Apostolus Heb. 11, 6.

At hoc non possumus, sine Dei singulari  
gratia.

Ut enim Sol & quæ sub Sole sunt, sine  
Sole non cernuntur: Sic nec Deum &  
quæ Dei sunt, sine Dei auxilio a-  
nimadvertimus unquam.

Hujus igitur gratiã & opẽ serió imploremus.

**QUID SIT DEUS:** perfectè definiti haud potest.

1. *Quia immensus est.*

2. *Quia essentia ejus nobis ignota est.*

Est enim ens ὑπερσίου.

Hinc Simonides apud Tullium à tyranno  
Hierone interrogatus, quid esset Deus: u-  
num deliberandi diem sibi postulavit,  
postridie petivit biduum. Cum verò sæ-  
pius